

exceptis Ultramarino, beatorum Petri et Pauli atque Jacobi Apostolorum. *Dat. Rome apud Sanctum petrum sub sigillo officij penitentiariae. II. Non. Septembr. Pont. domini Pauli pape II. Anno Sexto. Ergo 1470. Philippum hunc in ferie Epp. Albanens. omisit Ugbellus Ital. sacr. T. I. Ciaconius in Vit. Pontiff. et Cardd. T. II. col. 974. Philippum Calandrinum Nicolai IV. ex matre fratrem Card. et majorem Poenitentiarium subdubius ex aliquibus Episcopum Albanensem vocat. En itaque e Literis nostris certo Sedi suae restitutum, collocandumque, ut opinor, ante vel post Rodericum Borgiam, qui deinceps Alexander VI. fuit.*

LXI. VIII. 7. 7

463 Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. 59. 4. lineis laxis, ut Glossae locus esset, luculente exaratus, adfistente utrinque columna Glossae *Walafridianae* minutius scripta complectitur *Epistolas VII. Canonicas Apostolorum* ordine recepto *Vulgatae*. Textus

Vulgatus.

*Testimonium Jesu Christi quaecumque.*

*Tempus enim prope est.*

*Testimonium Jesu. Fui in Spiritu &c.*

*Tamquam tubae dicentis &c.*

*Quae sunt in Asia.*

*Sol lucet in virtute.*

fincerus est; Testimonium tamen *Job. I. c. 5.* sic legitur: *Sicut in celo tres sunt pater et uerbum et spiritus. et tres unum sunt. quoniam tres sunt qui testimonium dant in terra spiritus. aqua. et sanguis et hii tres unum sunt.* Epistolae *Judae* linea ult. intercidit; finit enim: *magnificentia. imperium et potestas* —. Codex olim Coenobii *S. Crucis* Ord. Cist. in *Austria* fuit.

LXII. VIII. 9. 12.

Codex membraneus lat. Sec. 588 XII. Folior. nunc 141. 4. nitide perscriptus et rubricis distinctus hoc gaudet Titulo: *In hoc volumine continetur apokalipsis sine glossa et apokalipsis cum glossa et est fratrum minorum in — —. Pag. 2. Incipit prefatio beati ieronimi in apokalipsi. Ut in Bibliis glossatis: Johannes apostolus et evangelista a domino ihesu christo electus &c.* Tum Textus a prima manu in XLVIII. Particulas divisus, hinc inde a Vulgato varians, ut docet C. I. collatio:

Codex.

*Testimonium ihesu in his quaecumque &c.*

Omissum.

*Testimonium ihesu christi. Fui &c.*

*Tubae dicentis &c.*

Omissum.

*Sol lucens.*

I 2

Et